Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26058
Copyright: Admont, Benediktinerstift

224a

De quadam fe[mina] que filium impetravit.

devotionem fidei, perfectionem spei, quibus die noctuque nature leges evincebat et
gratie largitatem adducebat. Nam tales filii non opere sed suffragio nature pueri
unt. ceterum eorum conquisitio intempta gratie conscribenda est. Sic ysaac filius promissionis
natus non agente sed paciente ex gratie dei ubertate adortum precessit. sic Sampson.
sic samuel. sic iohannes divini muneris in suo ortu indicia pretenderunt. et solum
nature suffragium in ipsis suis puectibus acceperunt. Igitur predicta mulier
dei matris opitulante misericordia filium adepta est et ex adeptione filii post multas la
crimas remedium sui doloris oportunum consecuta est. Sed quid dico remedium dolo
ris consecuta est. fecunditas eam plus nimis se leticie fecundam fecit. Nec hoc solum
amplexa est exorabiles sancte aures summe matris et regine fuisse multo vehemen
tius gavisa est. Verum sicut adversas res sic secundas inmoderate ferre levitatis est. Primum do
mina orbis amatrix constantie et gravitatis. ut inmoderatum in gaudio animum
cohiberet. deinde ut sue gratie amplior largitas appareret. geminum illud gau
dium congeminato dolore commutavit. extinxit. Gaudium de adepto puero
gaudium vel potius presumptio de deo quod amissa esset vite sacrum exauditionis tam
quam inanes rerum species. et velut in sompno venerunt. abierunt. astiterunt. eva
nuerunt. Heu temporalis hominis status quam rapidus est. quam velox est et universum florum mu
tabilitate fugatior. Puer incurrit mortem. rudis infans et puericia sine pec
cato in maturo flore messuit. adeo datur. adeo aufertur. Sed o mulierem fortem.
Sicut aromata fraglantiam suam non nisi cum accenduntur expandunt. ita fortes
in domino omne quod virtutibus redolet. et tribulationibus innotescunt. Ecce enim muli
er hec. adversa perpessa. dum fortis acerba sustinuit. vitam in divine gratie consola
tione requievit. Conpressit enim prout potuit inmanitatem doloris et acerbitatem me
dullas exsiccantem et medulliter exundantem in marina pacie commutavit.
Primum ad suam dominam in precibus conversa. fiducialiter o domina ait. dolui de filio quem acce
pi a te. dolore obstinato. non solum ex quo obiit. verum et ex quo ad non esse tendere ce
pit. feci hoc non tam debito quam devoto affectu. quippe quem dedisti non meus sed tuus
filius erat. non quod et nutricum affectus ne dicam matrum in parvulos debitus est. Ille
tamen tuo nutu ingenuis tue consolationis natus ex me. tuus erat. Sicut pater